AUGUSTINUS. BASILIENSIA
Basel und Klosterneuburg, 1434-1435
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=392
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

vel ideo utique imperium remansisse debuit apud Romanos vel si transferendum fuit tunc transferri potuit in gallicos presertim cum ipse karolus fuerit ex francis et galli sint homines qui omnibus affectionibus sint nati hominibus preferendi Ne igitur propter huius suggestionem humana temeritas minuere presumat statum sacri imperii quod non est dubium sancti spiritus ordinare secundum qualitatem temporum et exigentiam rerum humanarum gubernari et disponi videtur expedientis ut quamvis antiquitatis et multorum scriptis retinentur ad demandum et declarandum quod non eventu vel casu fortuito sed magna sororum principum certa est solertia ut Romanum imperium non apud Romanos remanere debuit vel transferri in gallicos sed potius in germanos unde primo dicendum est de gallicis partibus de germanis francis et franconiis est tandem quorundam regum nomina et gesta summarie et compendiose prosequar ut prior apparebit vitiis presertim istorum duplicis gallie

Sciendum est autem quod Gallia gmane franc et franconia est europe pulcherrima hinc in oriente renet dehinc ac in septentrione magnum fluvium in meridie alpes italie in occidente nerve nervos hyspanie et in aquilone mare britanie et frisie et hec Gallia tripharie dividitur videlicet in Galliam comatam Illi enim galli quod viri negligentia coma crescere permittebat et in galliam togatam et in galliam bracchatam Isti quidem galli ornatui tegumentorum lancorum et vestium laxarum multum intendebant Et dicitur gallia secundum quosdam a nitore corporis Gallia enim grece latine dicitur lac et hanc expositionem verbuli ego reprobare non debeo tamen abantiquis traditam Verum etiam est quod respectu hyspanorum vel maurorum nitent corpore aliquantulum albiores respectu tamen aliarum triviaterum primarum videlicet Graecorum et Anglorum nullatenus a nitore corporis dici possunt Galli ergo dictis antiquorum videtur quod non incongrue galli dicuntur propter proprietates quas habent galliones que sunt utique triplices videlicet male bone et optime proprietates galli male sunt iste sicut quod est superbus clamosus luxuriosus in constantes pronus ad lites pronus ad pacem unde galli qui has proprietates habuerint sicut se vel clam vel palam de viliis Gallorum semper traxisse originem proprietas enim galli bone sunt iste